2

# ORAZIONE DI S. AGOSTINO

Mentre la Città d'Hippona era aſſediata da' Vandali.

*SPIEGATA IN OTTAVA RIMA*

DAL

P. F. FELICE MILENSIO

Maeſtro Agoſtiniano.

ALLA SANTITA DI N. S.



BIBLIOTHE. A CARD. H. CASAN. O. PRAED.

Stampata in Roma per Nicolò Muzij l'anno 1598. Riſtãpata in Napoli l'ãno 1635. Per Gio. Domenico Montanaro.

*Con licenza de' Superiori.*

Digitized by Google

41035

Digitized by Google

# Al Santiſſimo, e Beatiſſimo Padre

# VRBANO

## OTTAVO

# Sommo Pontefice.

CON gran ragione la Santità Voſtra, e tutto il Chriſtianeſimo ſtima tāto quella orazione, che fra gli vltimi ſoſpiri, aſſediato da nemici, à ſuon di tamburi, e di trombe, anzi di gridi, e lamenti vniuerſali della ſua Città, angoſcioſamente compoſe il Padre Santo Agoſtino; perciòche in eſſa non ſol ritroua la virtù ordinaria della orazione; ma anco la particolare, di tale orazione; e di tale Autore. Inſegna il Signore, che



Digitized by Google

noi preghiamo Sua Diuina Maeſtà, che ci liberi dal male; & in queſta ſi priega per la liberazione dall'vno, e dall'altro male: dalla colpa, ch'è il vero male, e cagion d'ogni male; e dalla pena; la quale, perche affligge, è detta male. E quì raccolte in picciol giro di parole ſi ſcoprono inſieme quella viua fede, quella profonda humiltà, quella ardente charità, che ſi richiedono in vn perfetto, e Chriſtiano oratore: dirò più; quegli ſpiriti, quegli affetti, quelle tenerezze amoroſe, ſpiegate con faconda eloquenza, non più dalla natura, e dall'arte, che dalla ſuiſcerata diuozione, che ſono effetti di quelle ſaette diuine, delle quali egli humilmente ſi gloriaua nel nono libro delle ſue confeſſioni nel ſecondo capo, *Sagittaueras cor noſtrum charitate tua.* Saette veramente innamorate, & innamoratrici, delle quali egli parlò ſopra quel Salmo à punto, ch'incomincia dalle tribulazioni: *Ad te Domine, cùm tribularer, clamaui*, e diſſe, *Nouit Dominus ſagittare ad amorem: & nemo pulchriùs ſagittat ad amorem, quàm qui verbo ſagittat: imò ſagittat*

cor

Digitized by Google

*cor amantis, vt adiuuet amantem; ſagittat, vt faciat amantem*. Nella quale arte ammaeſtrato, & eſercitato, ſaettaua anco egli, quando oraua: e le ſue parole eran ſaette infocate, che volauano inſieme, e colpiuano; feriuano, & infiammauano; & egli nel medeſimo tempo era il ſaettante, & il ſaettato, come in tutte le ſue orazioni, che molte ſono, chiaramente ſi vede: là doue ſe per altrui beneficio pregaua, liberaua ſpiritati; guariua infermi; impetraua; otteneua ciò, che voleua; come ne'ſuoi libri, & in Poſſidio, ſenza gli altri ſcrittori, ſi legge. Di ciò habbiamo preſente, ſenza cercar'altro, la proua. Tre coſe egli dimandò à Dio diſgiuntamente in quel conflitto di Barbari, e tutte tre congiuntamente le conſeguì: ò, che Iddio liberaſſe la Città; ò, che deſſe pazienza à i cittadini; ò, che allhora à ſe lo chiamaſſe in Cielo: *Nec ſuum ſanè Dominus famulum fructu ſuæ precis fraudauit: nam & ſibi ipſi, & eidem Ciuitati, quod & lacrymis depopoſcit, precibus in tempore impetrauit*, ſcriue Poſſidio. Con-

tinuamẽte ſtereno fermi i cittadini, e cõ tãto aiuto di Dio, che ſenza loro offeſa vſciron dalla Città. Quattordici meſi ſtette tutta in piedi la Città. Il terzo meſe dell'aſſedio entrò nel Paradiſo Agoſtino. E gli è vero, che fù diſtrutta la Città, sfogandoſi Iddio pietoſamente con la terra, per perdonare all'huomo, come fece ad Adamo; ma vi reſtarono le Chieſe; vi reſtò la libraria d'Agoſtino; vi reſtò illeſo il ſuo ſanto corpo ſeſſanta due anni. Non del tutto fù ruinata; fù riſarcita, e rifatta; e v'è hoggi ancora: e col nome, non di Pona per figura Afereſi da Hippona, ma di Bona, forſe per queſto, perche fauorita da Dio; difeſa da Agoſtino; e però buona. Come dunque chiamarò queſta orazione? Diuotiſſima? è poco. Feruentiſſima, efficaciſſima? è poco: chiamarolla miracoloſa. La ſtampai già molti anni, diſteſa in ottaua rima, in quei bollori di guerra di Ferrara; & à pena vſcita fuori, ceſſarono: quaſi Iddio non poſſa ſtar ſaldo ne'ſuoi giuſti furori, in vederla ſolo: & hora con la medeſima pietà, in ſimile, ma maggiore

ne-

Digitized by Google

neceſſità, la riſtampo, con ſperanza de' medeſimi effetti. Non v'hò aggiunto altro, che l'argomento, & alcune autorità dell'iſteſſo S. Agoſtino, che per ornamento, come gemme in cornici d'oro, la circondaſſero. Così dinanzi à i pijſſimi, e purgatiſſimi occhi della Santità Voſtra, baciando i ſuoi ſantiſſimi piedi, la preſento.



Digitized by Google

# ORATIO D. AVGVSTINI

## DVM CIVITAS HIPPONENSIS ab exercitu Barbarorum eſſet obſeſſa.

ANte oculos tuos Domine culpas noſtras ferimus:
Et plagas, quas accepimus, conferimus.
Si penſamus malum, quod fecimus;
Minus eſt, quod patimur;
Maius eſt, quod meremur.
Grauius eſt, quod commiſimus;
Leuius eſt, quod toleramus.
Peccati pœnam ſentimus, & peccandi pertinaciam non vitamus.
In flagellis tuis infirmitas noſtra teritur; & iniquitas non mutatur.
Mens ægra torquetur; & ceruix nō flectitur.
Vita in dolore ſuſpirat; & in opere non ſe emendat.
Si expectas; non corrigimur:
Si vindicas; non duramus.
Confitemur in correptione, quod egimus:

Digitized by Google

Obliuiſcimur poſt viſitationem , quod fleuimus .

Si extenderis manum ; facienda promittimus .

Si ſuſpenderis gladium; promiſſa non ſoluimus .

Si ferias;clamamus,vt parcas .

Si peperceris ; iterum prouocamus , vt ferias .

Habes Domine confitentes reos. Nouimus, quòd niſi dimittas, rectè nos perimas.

Præſta Pater omnipotens, ſine merito, quod rogamus;

Qui feciſti ex nihilo,qui te rogarent.

Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

AR-

Digitized by Google

# ARGVMENTVM Orationis, atque Autoritas.

ANno Chriſti triceſimo ſupra quadringenteſimum, Theodoſio, & Valentiniano Cæſaribus, manus ingẽs, ac bellicoſa immanium hoſtium, Vandalorũ, & Alanorum ex Hiſpaniæ partibus tranſmarinis in maiorem Africam influit: & vtraque Mauritania, ac Numidia ſæuiſſimè deuaſtatis, in minorem ferro, incendijs, direptionibus, nec ſexui, nec ætati, neque ipſis ſacris perſonis, rebus, locisuè parcens; tribus ex innumerabilibus Eccleſijs, Carthaginenſe, Circenſe, Hipponenſe vix ea clade ſuperſtitibus, irruit. Eſt autem Hippo vnus, ſeu Hipponã, eiuſdem q̃dem nominis, ſed paluſtri, pabuloſo tamẽ ſolo, & multò inferior altero, qui ad maris ſinum magnitudine vrbis, & opulentia, ac multitudine ciuium præſtantior, ad illius diſtinctionẽ Hipporegius dictus eſt: ſiue, vt equile regium (Hippo enim & equus idem ſignificãt) ſiue, vt regiorum equeſtrium aula; ſiue potiùs, vt ipſorũ regum regia nobiliſſima, ſecundum Silium libro tertio belli Punici, *Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo*. Qui tandem quartodecimo obſidionis menſe, incolis deſtitutus dirè ab hoſtibus concrematur. Confugerat huc Poſſidius, & plerique alij coepiſcopi, permanſeruntquè toto obſidionis tempore, vt & ampliſſimæ, ac munitiſſimæ vrbis præſidio, & Sanctiſſimi, ac ſapientiſſimi eius vrbis Epiſcopi Auguſtini patrocinio ſeruarentur. Ieiunant cum populo, orant; flent, clamant; *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum*. Hac præſertim precationis formula, loco, tempori, rebuſq; conſentanea, ab Antiſtite, ac Doctore eorum Auguſtino eis præſcripta, quæ incipit, *Ante oculos tuos*: & quam Bartholomęus Vrbinenſis Epiſcopus in ſuo Milleloquio Auguſtiniano ſub verbo, *Tribulatio*, collocauit, hoc titulo; *Qualiter in tribulatione Deus ſit ro-*

gan-

Digitized by Google

*gandus, oſtendit in oratione, quam fecit, dum eſſet obſeſſa Ciuitas Hipponenſis ab exercitu Barbarorũ: quam orationem, prout in antiquo libro ſub ipſa rubrica reperi, hic poſui*. Augetq; fidem Auguſtinus Triumphus, Doctor ſummæ autoritatis, potior eiuſdem Milleloquij autor, à quo Vrbinas, diſciplinæ alumnus. Vrbinatis autem tanta fuit antiquitatum, & Patrum, in primis Auguſtini, cognitio, atque eruditio, vt de eo ita ſcribat Ioannes Andreæ in decretalibus: *Auguſtini epiſtolam, ſolicitudine non parua, diu quæſitam, cum inuenire non poſſem, nouiſſimè vir, deuotione ſincerus, & feruidus charitate, grandis ſcientia, nec minor facundia, Frater Bartholomæus de Vrbino Ordinis Eremitarum, qui Auguſtinianum compoſuit, per quod dictorum Auguſtini cupidos, in ſingulis materijs copioſos effecit, mihi epiſtolam illam, ſibi notam, exhibuit, in quo me lætificauit.* A quo Ioãne compilatum ſimiliter eſſe Hieronymianum ex libris Beati Hieronymi, in epiſtola nuncupatoria ad Clementem Sextum eiuſdem Milliloquij aſſerit: Porrò præ alijs Auguſtinianis ſcriptoribus Cardinalis Siripannus poſt duodecimam ad ſuos Salernitanos ſuper ſimbolũ Apoſtolorum concionem diſcurſu Italico eandem orationem, ſeruiẽs tempori, euulgans, vt Auguſtini in illis poſtremis doloribus partum, agnoſcit. Neque obſtat, quod inter Auguſtini opera nondum legatur, cum de his ipſis necdum inter omnes Vniuerſitates in ſingulis conuenit: neque ipſa ſingula ſemel, ac ſimul edita, ſed diuerſis temporibus aucta. *Scripſit, quanta nec inueniri poſſunt*, inquit Gennadius: *quis ergo glorietur omnia ſe illius habere*? Et iſidem Poſſidius, quamuis annis fermè quadraginta cum Auguſtino familiariter vixiſſet, ſcribit tamen ad eundem, *Mentitur, qui te totum legiſſe fatetur: Omnia quis lector nunc tua habere poteſt?* Illa verò tam fuſa ærumnoſæ illius tempeſtatis deſcriptione, tot cleri, populique lacrymarum, lamentationum, orationum, quis non videat hanc ipſam comprehendi? Non permiſit Spiritus ſanctus, vt, anno poſt ciuitate conflagrante, Auguſtini bibliotheca admitteret flãmas, permitteret, vt ea oratio, qua placatus ciues eripuit, qua placandus alios in

hac

Digitized by Google

hac militari mortalium vita ſit erepturus, periret? Stylum tantummodò obſerua, & Autorem noſti; cui familiariſſimæ ſunt oratoriæ contentiones, & antitheta, de quibus ipſemet libro vndecimo de ciuitate Dei, capite duodeuiceſimo, ait, *Antitheta, quæ appellantur, in ornamentis elocutionis ſunt decētiſſima, quæ latinè appellantur oppoſita, vel cōtrapoſita.* Quēadmodū (vt innumera prætereā) in ſermone de oratione Chriſti, *Orat*, inqt, *miſericordia; nō orat miſeria: orat charitas; non humiliatur iniquitas: proſtratus in terra orat medicus; et non humiliatur ægrotus: orat innocentia; & non orat nequitia: orat iudex, & deſiderat parcere; & non orat reus, vt indulgentiā mereatur accipere: orat iudicaturus, & orare diſſimulat iudicandus.* Vtq; verò tandem omnino perſuadeam, ex capite triceſimo octauo libri meditationum precationem in afflictione adijciā; ſi nō eandē prorſus, cū hac, certè ſororem: vt vel ex vultu & hanc Auguſtini filiam euidēter agnoſcas.

*Miſerere mei Domine, miſerere pie, miſerere mihi miſerrimo peccatori, indigna agenti; & digna patienti: aſſidue peccanti; & tua flagella quotidie ſuſtinenti. Si penſo malum quotidie quod feci; non eſt tantum, quod patior: grauius eſt, quod commiſi; leuius eſt, quod tolero. Iuſtus es domine, & rectum iudicium tuum: omnia iudicia tua iuſta ſunt, & vera. Iuſtus, & rectus tu es Domine Deus noſter, & non eſt vlla iniquitas in te. Non enim iniuſtè, neque crudeliter affligis nos peccatores omnipotens, & miſericors Domine: qui cùm non eſſemus, potenter feciſti nos: & cùm perditi fuiſſemus culpa noſtra; pietate, & bonitate tua mirabiliter reparaſti nos. Scio, & certus ſum, quòd vita noſtra non temerarijs motibus agitur, ſed à te Domino Deo diſponitur, & gubernatur; vnde tibi cura eſt de omnibus, præcipuè de ſeruis tuis, qui totam ſpem ſuam poſuerunt in ſola miſericordia tua. Idcirco obſecro, & ſuppliciter rogo, vt non facias mihi ſecundum peccata mea, quibus iram tuam merui, ſed ſecundum magnam miſericordiam tuam, quæ ſuperat etiam peccata totius Mundi. Tu Domine, qui exterius flagella irrogas, da ſemper interiùs indeficientem patiētiam, ita vt laus tua non recedat de ore meo. Miſerere mei Domine, miſerere mei, & adiuua me, ſicut tu noſti, quod mihi neceſſe eſt in corpore, & in anima. Scis omnia; potes omnia, qui viuis in ſecula.*



Digitized by Google

Et quia illa, de qua principaliter agimus , prodijt nuper è Romanis typis cum eą à latere , quæ *De ſpe erigenda in Deum*,ex capite vndecimo libri ſoliloquiorum tranſumpta eſt,& eam, vt item genuinam Auguſtini filiam, vt theſi, & phraſibus non omnino abſimilem,vt deuotioni,ac neceſſitati fidelium præſentiſſimam, addo.

*Adiuua me , Domine , Creaturam tuam , quam creauit benignitas tua. Non pereat in malitia mea , quod operata eſt bonitas tua. Non pereat in miſeria mea quod fecit ſumma clementia tua . Quæ eſt enim vtilitas in creatione tua ſi deſcendam in corruptionem meam ? Nunquid enim vanè Deus conſtituiſti omnes filios hominum ? Creaſti me Domine , rege quod creaſti . Opera manuum tuarum ne diſpicias Deus . Me feciſti de nihilo; ſi me non regis,Domine,iterum reuertar ad nihilum . Sicut enim, Domine, non eram,& de nihilo feciſti me, ſic ſi me non regis,adhuc ad nihilum redigar in me . Adiuua me,* Domine,*vita mea, ne peream in malitia mea . Si non craſſes me Domine,non eſſem: quia creaſti me, iam ſum . Si non regis, iam non ſum : non enim mea merita, non mea gratia te coegerunt , vt creares me,ſed benigniſſima bonitas tua,& clementia tua . Illa charitas tua, Domine Deus meus, quæ te ad creationem coegit,ipſa,quæſo, cogat te ad regendum. Quid enim prodeſt,quòd te compulit charitas tua ad creandum, ſi peream in miſeria mea, & non me regat dextera tua ? Hæc te cogat , Domine Deus meus, clementia tua ad ſaluandum , quod creatum eſt,quæ te compulit creare, quod creatum non eſt . Ipſa te vincat charitas ad ſaluandum , quæ te vicit ad creandum ; quia nec nunc minor eſt,quia ipſa charitas tu ipſe es, qui ſemper idem es vnus Deus, Pater,& Filius, & Spiritus ſanctus, Benedictus in ſecula . Amen.*

Digitized by Google

# Ante oculos tuos Domine culpas noſtras ferimus.

*QVeſti, nati fra l'ozio, odioſi al Sole*
*Loſchi* Mo*ſtri, o Signor, di vita indegni;*
*D'ẽpio cuor, di ria carne, infetta prole,*
*E d'amare dolcezze effetti, e pegni;*
*Queſte colpe iterate, e queſte ſole,*
*Che t'han ſoſpinto à i tralaſciati ſdegni,*
*Chi ſia, che più ritegna, ò fra quai ruote,*
*S'egli Inferno non è, chiuder le puote?*

*Qual notte aſconderalle, ò nebbia, ò ſpeco*
*De la tua ſapienza à i viui lumi?*
*Con cui de' duri petti apri il più cieco*
*Antro, e ſpiando internamente allumi.*
*Pẽſammo (ahi ſtolti) altrui celarle, hor teco*
*Potran mirarle anco i creati lumi;*
*Ch'innanzi à gli occhi tuoi corriamo pronti*
*Sù le lingue à portarle, e sù le fronti.*

Noli, antequam cõfitearis, inuocare: confitere, & inuoca. Aug. in pſal. 74. to. 4.

Cùm cæperit tibi diſplicere, quod feciſti, inde incipiunt bona opera tua. Initium operũ bonorum, confeſſio eſt operum malorum. Idem tract. 12. in Ioan. c. 3. t. 9.

Quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccatis? Deus tegat vulnera, non tu: nam ſi tu tegere volueris erubeſcens, medicus non curabit. Medicus tegat, & curet; emplaſtro enim tegit. Sub tegmine medici ſanatur vulnus; ſub tegmine vulnerati cęlatur vulnus. Cui cęlas? Qui nouit omnia. Aug. in pſal. 31. Enar. 2. tom. 8.

Et

Digitized by Google

## Et plagas, quas accepimus, conferimus.

*TArdi ben sì; ma pur à tempo, quando*
*Puoi dela tua pietà ſuenar la ſoce:*
*Tardi pur troppo in aſpettar' il brando*
*De la tua mano, e l'adirata voce.*
*Pigri à chè tanto? lacrimando, orando*
*Dee preuenirſi ogni tormento atroce.*
*Ben dunque è ſcaltro il ferro à dar' aita*
*A la profonda, e tacita ferita.*

*Fuſſe vna almen; ma mille ne ſoſtiene*
*Il tuo robuſto campo, hor fatto imbelle.*
*Piaghe le colpe ſon, piaghe le pene:*
*Di queſte il Fabro Tu, noi ſiam di quelle:*
*Quelle, e queſte guarire à Tè connuiene,*
*E dar ſoccorſo à chi ſoccorſo appelle,*
*Paleſi eccole quì, non ſian più vaghi*
*I Vandali à mirar chi meglio impiaghi.*

Diuina prouidẽtia ſolet corruptos hominũ mores bellis emendare, atque conterere: itẽq; vitam mortaliũ iuſtam, atque laudabilem, talibus afflictionibus exercere; probatamq; vel in meliora trãſferre, vel in his adhuc terris propter vſus alios detinere. Aug. lib. 3. de Ciuit. Dei c. 1. tom. 5.

Prorſus ad Deũ tuum refer flagellum tuum: quia nec diabolus tibi aliquid facit, niſi ille permittat, qui deſuper habet poteſtatem, aut ad pœnam, aut ad diſciplinam. Aug. in pſalm. 33. to. 8.

Si

Et ſi fortè petierit inimicus diabolus, & conceſſum ei fuerit; ſiuè aliquo dolore corporis; ſiue aliquo damno, ſiue amiſſione ſuorum, fixum cor habeat in illo, qui ſe non ſubtrahit, & ſi quaſi ſubtrahit aurem plorãti, ſed apponit miſericordiam deprecanti. Nouit, quid agat, Qui nos fecit, nouit reficere nos. Bonus eſt ſtructor, qui ædificauit domum; & ſi aliquid ceciderit, nouit reſarcire. Aug. in pſal. 21. to. eod.

Digitized by Google

## Si penſamus malum, quod fecimus.

Verè abyſſus peccata mea ſunt, quia incõprehenſibilia ſunt profunditate; inæſtimabilia ſunt numero, & immẽſitate. Aug. lib. de contrit. cor. cap. 9. to. 9.

*Molto peccãmo, il vedi, e de' peccati*
*Molti principij furo, e neſſun fine:*
*Sciogliemmo al ſenſo il freno, e forſennati*
*Calpeſtammo tua legge, e ſuo confine.*
*Gli oracoli del cor, già violati,*
*Rifiutar le tue fiamme, e le tue brine,*
*E ſprezzammo (ah pergiuri) in mille guiſe*
*La Fè ſerbata viua à chi n'vcciſe.*

Si iam de ſanitate deſperans addis peccata peccatis, noli contemnere, noli deſperare: clama etiam de profundo ad Dominum. De tali profundo Niniuitæ clamauerunt, & hanc propitiationem inuenerunt. Aug. de penit. medic. cap. 5. to. eod.

*E Tè, del viuer noſtro eterna Vita,*
*Ponendo miſcredenti, in cieco oblio;*
*Infinito Signor con infinita*
*Voglia ſchernimmo; ingrati ſerui Iddio.*
*Errò l'alma fin quì, da Tè sbandita,*
*Che l'Olimpo ſerrò, l'Auerno aprio:*
*Torna hor, penſando ben (tanto ſi pente)*
*Al'offeſo, al'offeſa, al'offendente.*

Talem patrem offendere, contra eius voluntatem aliquid committere, animaduertentibus, aut non ſe ignorantibus, quàm eſt crudele? Vnde qui ſe agnoſcunt, ſicut ſemper peccant, ita ſemper plorant, vt totam vitam ſuam, quæ eſt tentatio ſuper terram, plorent tota vita ſua. Aug. de ve. & fal. pænit. cap. 8. tom. 4.

Minus

## Minus eſt, quod patimur.

*SE di queſt'acque auelenar le vene;*
*Se di quelle ſtagnar miriamo il corſo:*
*Se le mature ſpiche, indarno piene,*
*De le fiamme ſbramar vediamo il morſo:*
*S'à la ſete, à la fame aſpre catene*
*Prometton minacciando, empio ſoccorſo;*
*H'uopo è, che dica ogn'vno, e ſe n'incolpe,*
*O ben pochi caſtighi à tante colpe.*

*Le mura incenerir', e sù le mura*
*Le rocche ruinar da i fondamenti:*
*De' figli al ſangue hauer le madri oſcura*
*Tomba; e in ſeno à le madri i figli ſpenti:*
*Morir d'acerba età, d'età matura*
*Con la plebe minuta i più potenti;*
*O che miſere ſtragi, o che furori;*
*Ma chè? ſe tanti furo i noſtri errori?*

Intelligite fratres Chriſtiani miſericordiam Dei; quando caſtigat mũdum, non vult damnare mundum: præ magnitudine iræ ſuæ nõ exquirit: ideo nõ exquirit, qa multum iraſcitur: magna eſt ira eius: parcẽdo ſæuit, ſed iuſtè ſæuit. Eſt enim ſeueritas, quiſi ſæua veritas. Si ergo aliquando ſæuit parcendo, bonũ eſt nobis, vt ſubueniat caſtigãdo. Aug. de ver. Dom. ſer. 37. t. 10

Deus miſericordia mea: Peccamus grauiter; inhæremus peccato pertinaciter; gaudemus de peccato; poſt peccatum ambulamus; extenſo collo peccatum noſtrum prædicamus, nec abſcondimus, & tu placatus es. Nos te prouocamus ad iram tu autem conducis nos ad miſericordiam: nos te irritamus ad furorem; tu autem differs vindictam. Iuſto exterminio punire poteras peccantes, ſubuertere negligentes; ſed patientia tua expectat, vt corrigamus pœnitentes: Deus meus, miſericordia mea. Aug. n tract. de viſitat. infir. ſerm. 1. cap. 5. tom. 9.





Digitized by Google

# Maius eſt, quod meremur.

O abyſſus abyſſum inuocans: o peccata tormenta mea, quibus me ſeruatis, abyſſus ſunt, quia infinita, & omnino incomprenenſibilia ſunt. Eſt & tertia abyſſus, & eſt nimis terribilis, iudicia Dei abyſſus multa, quia ſuper omnem ſenſum occulta Hæ omnes abysſi terribiles ſunt mihi vndique, qa timor ſuper timorem, & dolorem. Nam abyſſus abysſũ in voce cataractarũ tuarũ inuocat, quia peccati abyſs⁹ abyſſum tormentorum meretur, quia iudicia Dei pronunciat. Abyſſus ergo iudiciorũ Dei ſuper me; abyſſus inferni ſubtus me abyſſus peccatorum meorum eſt intra me. Illam, quæ ſuper me eſt, timeo, ne in me irruat, & me cum abyſſo mea in illam, quæ ſubtus me latet, obruat, vbi per tormenta, peccata nunquam delebuntur, ſed peccata ſuper me tenebunt. Auguſt. lib. de contr. cor. c. 9. tom. 9. Terror terribilis, horror horribilis, mæror inconſolabilis, aggregate vos ſuper me, irruite, obruite, iuſtũ eſt, posſidete me; iuſtum eſt, perturbate, obuoluite, torquete reum, vindicate Deum. ibid. cap. 10.

*SI meritammo sì, furo infiniti*
*I falli à meritar, ma mille inferni;*
*E più, ſe più penoſi, e mal graditi*
*Hai per ſupplizio Labirinti eterni.*
*Chè, chè, Giudice irato, vrli, e ruggiti*
*Soffrir d'infeſti aſſalitori alterni?*
*Nulla è rigor di gelo, & è ben poco*
*A tante offeſe ineſtinguibil foco.*

*Del rinaſcente cuor ben fora leue*
*Far' à mille auoltoi perpetuo paſto:*
*Empir' vrne forate; ò ſaſſo greue*
*Ricadente portar' in monte vaſto:*
*Fra' pomi il cibo; e deſiar la neue*
*Fra le neui disfatte; & à contraſto*
*Irritar contra noi Cencri, & Chelidri*
*Ceraſte, Anfeſibene, e Draghi, & Hidri.*

Gra-

# Grauius eſt,quod commiſimus.

*Tv le noſtre ingiuſtizie in libra giuſta*
*Libraſti alhor,ch'à Tè più giuſto parue:*
*Cadde vna cōca in terra (ah troppo onuſta)*
*E leggiermente l'altra in aria ſparue:*
*Larga queſta à le pene,e quella anguſta*
*A tante colpe,à tanto peſo apparue:*
*E trà fulmini tuoi,trà dardi noſtri,*
*Vie più che vincitor,vinto ti moſtri.*

*Quando il Duce de gli empi alzò nel Cielo*
*Contra'l Cielo le corna,il Cielo apriſſi;*
*E ſfauillar', e minacciar per zelo,*
*L'arſe fauci allargando,il fuoco vdiſſi:*
*Franſe i ſuoi giri l'aria; e'l molle velo*
*Squarciò l'onda; e la terra à gli imi abiſſi*
*Di voragini cinſe il tetro fondo,*
*Che non ſoffria sì graue ſoma il Mondo.*

Quoties canis redij ad vomitum,& quaſi ſus repetij volutabrum? Fateor, quia nihil recordari eſtim poſſibile. Quot mortalium ignorantes peccare docui; nolentibus delinquere perſuaſi; reſiſtentes coegi; volentibus cōſenſi? Quot ſanè gradientibus laqueum induxi; viam quęrentibus, foueā retexi: quod, vt patrare non horrerem,obliuiſci non metui. Sed tu iuſtus iudex ſignans peccata, quaſi in ſacculo, obſeruaſti omnes ſemitas meas, & cunctos greſſus meos dinumeraſti; taceuiſti; ſemper ſiluiſti;patiens fuiſti; væ mihi,demum loqueris parturiens. Auguſtin. lib.medit.cap.3.tom.9.





Digitized by Google

# Leuius eſt, quod toleramus.

Numquid non hæc iniuſtitia? Sed nunquid in iuſtitia apud Deum? Abſit. Quod enim ſuſtinet Deus, iudex iuſtus patienter: quod iuſta ſeueritas flectit miſericorditer; totum Deus eſt, Neq; enim De⁹ eſſes, niſi flectereris; niſi pateteris; niſi miſerereris. Quodcunq; igitur facis, tuum eſt: quod tuum eſt, bonum eſt: quod igitur facis, bonum eſt Deus meus, mi miſericordia mea. Aug. in tract. de viſit. infir. ſer. 1. c. 5. om. 9.

*NOi, che ſempre t'habbiamo al'ire acceſo,*
*Hier'antichi al peccare, hoggi nouelli;*
*E con cuore, e con lingua, & opre offeſo,*
*Nemici à noi medeſmi, à Tè rubelli:*
*Noi, ch'habbiamo a' tuoi detti ogn'hor cõteſo*
*Contra Tè, contra noi, contra i fratelli;*
*Qual Ciel riceueranne; ò quale almeno*
*Baſſo elemento ſoſterranne in ſeno?*

*Pur queſta terra, di terreni amica,*
*Ci ſoſtiene, e ci nutre, e ci luſinga:*
*E viſco, & hami, e reti, e lacci intrica,*
*Acciò ne' chioſtri ſuoi l'alme reſtringa:*
*Noi ciechi trahe colà voglia impudica;*
*Nè lei ritragge il Ciel, ſe l'armi cinga;*
*Il Ciel, che nel furor ſe ſteſſo affrena,*
*E moſtra (tua pietà) leue la pena.*

Multum eſt, ꝙ mea meretur impietas, longè autem maius, quod redẽptoris mei repoſcit iure pietas. Magna enim eſt mea iniuſtitia, fateor; verùm maior redemptoris iuſtitia. Quantò nanq; eſt ſuperior De⁹ homine, tantò mea malitia eſt inferior eius bonitate in qualitate, & quãtitate. Quid .n. reliquit homo, quod non redemerit filius Dei, factus homo? Quæ tanta ſuperbia tumeret, quam non tanta humilitas ſterneret? Quodnam tantum mortis imperium, quod nati Dei non deſtrueret crucis ſupplicium? Nimirum Deus meus ſi æqua lance delicta peccantis hominis, & redimentis gratia librentur auctoris, non tantum oriens ab occidente, ſeu inferior ſeparatur infernus à ſummo cœli cardine. Aug. lib. medit. cap. 8. to. 9.

Pec-

## Peccati pœnam ſentimus ; & peccandi pertinaciam non vitamus.

*NE lunghe pene ſon, ma breui ſdegni ;*
*Nè veri ſdegni, ma paterni auiſi,*
*I tuoi lenti flagelli, onde c'inſegni*
*A fuggir gli aſpettati, e gli improuiſi.*
*Così da gli antri Stigi à i ſacri Regni*
*Ne richiami, e da l'Alpi à gli horti Eliſi:*
*E con modo ſoaue à le tue leggi*
*Ne ſoggioghi, ne guidi, e ne correggi.*

Inter tãtas anguſtias, & in ipſo fine rerum poſita eſt vniuerſa prouincia & quotidie frequentantur ſpectacula: ſanguis hominum quotidie funditur in mundo, & inſanientium voces increpant in circo. Aug. in ſer. de temp. barbarico. tom. 9.

*Chiaman le ſferze tue dal ſonno il core,*
*Et ei, quantunque duro, i colpi ſente;*
*Et hor gli appella guidardon d'errore,*
*Hor mobil verga di paſtor clemente:*
*Ma non però lo caccia amor, timore*
*Da l'interne follìe, nè ſi riſente:*
*Ma vaneggia proteruo, e vegghia, e ſogna,*
*E pur ſuoi danni, e tuoi diſnori agogna.*

In

Sunt, qui præparant conuerſionẽ, & differũt; & fit in illis vox coruina, cras, cras. Coruus de arca miſſus, non eſt reuerſus. Nõ quærit Deus dilationem in voce coruina, ſed confeſſionem in gemitu colũbino. Miſſa columba, reuerſa eſt. Quandiu cras, cras ? Obſerua vltimum cras: quia ignoras, quod ſit vltimum cras. Sufficiat, quia vixiſti vſque in hodiernum diem. Audiſti : ſępe ſoles audire : audiſti, & hodie : quam quotidie audis, tam quotidie non corrigeris, Aug. ſup. pſalm. 102. tom. 8.



Digitized by Google

# In flagellis tuis infirmitas noſtra teritur; & iniquitas non mutatur.

Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum. Etiam hoc eorum voluntatem meruiſſe reſpõdeo. Sic enim excæcat, ſic obdurat Deus deſerẽdo, & non adiuuãdo; quod occulto iudicio facere poteſt, iniquo non poteſt. Auguſtin. in c. 12. Euang. Ioã. tract. 53. to. 9.

*Pena è queſta Signor, quando altra mai*
*Pena non fuſſe, il rimirar la pena*
*Con gli occhi chiuſi: e ſoffern'i guai;*
*E la cagion de' guai ſcorger' à pena.*
*Deh neghittoſo core ergiti homai,*
*Riconoſci te ſteſſo, e chi ti mena:*
*La ruota al carro, il carro al peſo geme,*
*E tu muto ſtarai, s'altri ti preme?*

*S'horrido, e nudo hor piange il verno, & hora*
*Imbianca à i monti le creſcenti corna;*
*Pur ſi rinueſte, e le ſue veſti infiora;*
*I fior profuma, e di colori adorna:*
*S'hor fù ſteril' il* Mondo, *hor s'innamora;*
*E s'annottoſſi hierſera, hoggi s'aggiorna:*
*Laſcia l'angue il velen, cangia la ſpoglia;*
*Noi nè colpe laſciam, nè cangiam voglia.*

Nũquam Deus deſerit hominẽ, niſi priùs ab homine deſeratur. Cùm enim ſemel, bis, & ter grauia peccata quiſque cõmittat; expectat tamen illum Deus, ſicut per prophetam dicitur, vt conuertatur, & viuat. Cùm verò in peccatis ſuis cœperit permanere, de multitudine peccatorum naſcitur deſperatio; ex deſperatione obduratio generatur, ſicut ſcriptum eſt, Peccator cum in profundum venerit, contemnit. Aug. in ſerm. de indurat. Phar. fol. 16.

Mens

Digitized by Google

# Mens ægra torquetur, & ceruix non flectitur.

INfermo è il cuor, ch'innumerabil turba
Di ſecreti guerrier, l'aſſale, e frange:
Grida egli dentro, e fuora i ſenſi turba,
Che fiãma, ferro, e fame arde, apre, & ange:
Sol la fronte al gran duol non ſi conturba;
L'occhio ſolo il ſuo duol co'l duol non piãge;
Che ſprezzando il preſente, e'l mal futuro.
Pur' audace è la fronte, e l'occhio impuro.

Allud eſt peccatum; aliud eſt pœna peccati, aliud vtrumq: Peccatum eſt, vt illud Adæ. Pœna peccati, cum quis pro ſuo ſcelere, quo peccauit, punitur, ſiuè in corpore, ſiuè in anima. Peccatũ verò, & pœna peccati, cum dicit Apoſtolus, Non quod volo, hoc ago. Aug. lib. diſputat. cũ Iuliano, Reſpõſione 48.

Qual rigido aſpe, alhor che verga infeſta
A ventilare, à ſibilar s'arriſchia,
La ria coda inanella, il ventre in reſta
Pone, e il ſangue mortal fra i dẽti miſchia:
Arde ne gli occhi, e la terribil teſta
Più alto ſcote imperioſo, e fiſchia:
O qual'Hidro Lerneo, che mezo anciſo
Genera molti capi, vn capo inciſo.

Planè ſi in tantas ieris iniquitates, vt repella à te virgam verberantis, ſi repellas manum flagellantis, & de diſciplina Dei indignaris, & nolis eum verberantẽ patrem pati, quia non parcit peccanti, tu te alienaſti ab hæreditate, ipſe te non abiecit: nam ſi maneres flagellatus, non maneres exhæredatus. Auguſtin. ſup. pſal. 88. tomo 8.

Vita

Digitized by Google

# Vita in dolore ſuſpirat; & in opere non ſe emendat.

*BEn Tù potreſti con tua deſtra inuitta*
*Troncarli; ch'ella auiua, & ella vccide:*
*Ma (tua bontate) indugi à la preſcritta*
*Meta, ch'in breue i termini diuide.*
*O felice, s'auien, ch'anima afflitta*
*A Tè volga ſua ſpeme, in Tè confide;*
*Che, come di Siòn, Monte ſuperno,*
*Vedraſſi à i colpi immobil'in eterno.*

*Ma chè? picciola naue in vaſto Egeo*
*Lunge dal vero porto al porto aſpira*
*Noſtra fral vita; e l'intelletto, reo*
*Nocchier, d'aiuto in vece, à pena ſpira:*
*Oue mal cauto hor'hor ruina feo*
*D'antenne, e ſarte, tempeſtando aggira:*
*E ſe ben'al periglio e langue, e muore,*
*Morta hà la fede, & oſtinato il cuore.*

Si

Quouſque graues corde? Meritò fortiter flagellatur hic mũdus: cognouit enim verba Domini mundus. Et ſeruus, inquit, neſciens voluntatem domini ſui, & faciens digna plagis, vapulabit paucis. Quare? Vt quærat volũtatem domini ſui. Seruus ergo neſciens voluntatem, hoc erat mundus, antequam magnificaret ſanctum ſuum. Seruus erat, neſciens voluntatem domini ſui, & ideò vapulabat paucis. Seruus autem iam voluntatem ſciens domini ſui, hoc eſt modò, ex quo magnificauit Deitas ſanctum ſuum, & non faciens voluntatem eius, vapulabit multis. Quid ergo mirum, ſi mundus multa vapulat? ſeruus eſt, ſciens voluntatem Domini ſui, & faciens digna plagis. Aug. de ver. Domini ſerm. 12. in euang. ſecundum Matth. tom. 10.

## Si expectas; non corrigimur.

*CHè farai dunque? aſpettarai piu tardi*
*A dar l'vltimo crollo à la vendetta?*
*Nò; che giuſto ſerai, ſe più non tardi;*
*Sì; che pio ſi dirà, chi tempo aſpetta:*
*Nò; ch'incoccaſti già molt'anni i dardi;*
*Sì; che più fere, chi non fere in fretta:*
*Non nò; non aſpettar, ch'il cuor'inſano*
*Segu[illegible] il fauoleggiar con l'empia mano.*

*Tu'l ſai; fù proua antica; & hor'à pieno*
*Il riconoſci; hor che più il male abonda:*
*Come, e quanto teneſti i ferri in ſeno*
*Ne la primiera età, ne la ſeconda?*
*Acciò ſorgeſſe la ragione, e à freno*
*La ſciolta carne riponeſſe: e immonda*
*Calcitrò queſta sì, che ſe i torrenti*
*Inondi, troui à pena otto innocenti.*

Contriſtetur ſanè, quem flagella corrigere diuina non poſſunt. Timeat futurum ſupplicium, qui præſens iudicis contempſit remedium. Gaudeat peccator, ſi cum iuſto in ſeculo contriſtetur, vt poſt ſeculum cum eodem remuneretur. Auguſt. lib. 50. homiliar. hom. 46. tom. 10.

Quare autem Dominus non omnes ita flagellat miſericorditer, vt nullum contra ſe obdurari permittat? Aut illorum iniquitati, qui obdurari merentur, aſcribendum eſt; aut ad inſcrutabilia Dei iudicia referendum, quæ plerunque occulta, nunquam tamen ſunt iniuſta. Nobis ergo ſufficiat piè, & humiliter credere illud, quod Apoſtolus dixit, Nunquid iniquitas apud Deum? Aug. in ſer. de indurat. Phar. tom. 10.

Si



Digitized by Google

## Si vindicas, non duramus.

*VEndica homai, Signor, non reſti inulto*
*Tuo ſanto nome, beſtẽmiato (abi) tãto.*
*Habbiano i rei del lor peccato occulto*
*Pena paleſe, e dele pene il vanto.*
*Sia tuo berſaglio il core, & inſepulto*
*Reſti, ſe no'l ricopre ò ſangue, ò pianto:*
*E di così ſeuero, & giuſto ſcempio*
*Prenda da'tuoi diletti, altri l'eſempio.*

Et libet hominem vindicari, & nondum eſt Chriſtus vindicatus, nondum ſunt martyres vindicati? Adhuc expectat patientia Dei, vt reuertantur inimici Chriſti. Nos qui ſumus, vt vindictas quæramus? Si quæreret illam Deus de nobis, vbi remaneremus? Ille, qui nihil nos læſit, non vult ſe vindicare de nobis; & nos quærimus vindicari, qui penè quotidie Deum offendimus? Auguſt. in lib. 50. homiliar. homil. 42. tom. 10.

*Di ſcempio, ah nò: perſeguirai Tù forte*
*Calami ſecchi di ſterpate auene?*
*Per fragil fronda armerai Tù la Morte,*
*Fronda, che picciol'aura non ſoſtiene?*
*In giudicio addurrai dianzi à tua Corte*
*Fior, che hor dal'orto, hor'al'occaſo viene?*
*O le tue luci, i tuoi penſieri inuolue*
*Breue ombra, leue piuma, arida polue?*

Con-

Væ, væ, ira omnipotentis Dei, ne irruas ſupra me, ira omnipotentis Dei, vbi poteris capi in me? Non eſt, quod te poſſim tolerare in toto me. Aug. lib. medit. tom. 9.

Digitized by Google

# Confitemur in correptione, quod egimus.

*RIprendi ſolo, o Padre, acciò s'emendi,*
*E ſi difenda il cuor, non ſi diſperga:*
*Fanne i ſibili ſolo vdir tremendi*
*De la, vibrata in aria, amica verga:*
*E da' tuoi diui, & amoroſi incendi*
*Ritardata pietà più viua emerga;*
*C'hor con luſinghe, hor con minacce puoi*
*Trarci da queſte Sirti à i campi Eoi.*

*E s'egli auien, che pertinace ancora*
*L'alma gli vſi volgari vnqua non mute;*
*Muta Tu l'acque in ferri, e fendi, e fora*
*Le già corrotte, e liuide ferute,*
*Ch'ella ne gema, & à sè ſteſſa mora,*
*Pur ch'à Tè viua, & habbia in Tè ſalute;*
*E le ſue colpe accuſi entro i martiri;*
*E i danni à i danni riconoſca, e miri.*

Obli-

Heu me quia
curro poſt vul-
nera, dedign
incolumis præ
cauere iacula
Neglexi proſp
cere tela, mod
verò ſolicitor
de morte vici-
na: vulnera vul
neribus inflixi
quia ſcelera ſc
leribus adder
non timui. Re
centi cicatric
labe reſperſi,
quia priſca fla
gitia nouis in
quitatibus rec
procaui; & qu
diuina ſolida
rat medicina
mea reſoluit
prurigo phren
tica. Cutis, qu
ſuperducta vu
neribus, morb
celauerat, ſan
erumpente
putruit; quia i
rata iniquitas
conceſſam m
ſericordiam e
naniuit. No
quippe ſcript
in quacunque
hora iuſtus peccauerit, omnes iuſtitiæ eius obliuiſcentur. Si iuſtitia aboletur iuſti ruent
quantò magis pœnitentia peccatoris in idipſum reuertentis? Auguſtin. libr. medit. cap.
tomo 9.



Digitized by Google

## Obliuiſcimur poſt viſitationem, quod fleuimus.

Pænitentiam agis; genua figis; & rides, & ſubſannas patientiam Dei. Si pænitens es, pœnitet te: ſi non pænitet; pœnitens non es. Si ergo pœnitet, cur facis, quod malè feciſti? Si feciſſe pœnitet; noli facere: ſi adhuc facis; certè non es pœnitens. Aug. hom. 41. de verè pœn. tom. 10.

*Forſe tra ſponde di noioſe piume*
*Mentre d'ebro calor languida bolle,*
*Struggerà le ſue neui, e ricco fiume*
*Darà di pianto, humiliata, e molle.*
*Ma chè fiume? chè pianto? il nome, e'l nume*
*De la tua maeſtà, ch'ogn'alma eſtolle,*
*Ella ſola diſprezza, & in non cale*
*Pon la memoria del paſſato male.*

Ecce de die in diem plangis peccatum tuū; ſed fortè lacrymæ currunt, & manus ceſſant. fiant eleemoſynæ; redimantur peccata; gaudeat indigens de dato tuo, & tu gaudeas de dato Dei. Eget ille, eges tu. Ergo releua indigentis inopiam, vt impleat Deus interiorem mentem tuam. Hoc eſt, curam geram pro peccato meo, ideſt faciam omnia, quæcunque facienda ſunt, ad abolendum peccatum meum. Aug. ſup. pſal. 37. tom. 8.

*Duro eſempio d'antichi: ingrati foro*
*Così quei, che guidaſti al terren ſanto;*
*Quando d'Egitto, e dal ſeruil lauoro*
*Liberati da Tè con fauor tanto,*
*Erſero sù l'altar l'idolo d'oro,*
*A cui d'ogni lor ben reſero il vanto:*
*Et à lui dando l'hoſtie, il coro, e'l fio,*
*Diſſero ad Iſaèl; queſti è il tuo Dio.*



Digitized by Google

# Si extenderis manum, facienda promittimus.

*O Noſtra inſtabil mente, o torta, e cieca*
*Legge del ſenſo, che la sferza, e volue:*
*Se ſi ſtende il tuo braccio, e ſtrazio reca,*
*Il frumento in auena, e in fien riſolue:*
*Se più s'allunga, & arde, e taglia, e ſeca;*
*Gli ſpōſi, e i figli in vn feretro inuolue:*
*Se tocca, e preme al fin le proprie fronti,*
*Fumano ardendo, e ſoſpirando i monti.*

*E piegando i ginocchi, e gli occhi alzando*
*Con le mani, e co'l cuore à Tè diuoti,*
*Promettiamo vbidire e quanto, e quando*
*Tua legge accēna, ad altro Imperio immo-*
*Mille Croci ſpieghiamo; e frequētado (ti:*
*E Tombe, e Tempij, facciam prieghi, e Voti;*
*Sì che moſſo à pietà tutto il tuo Regno*
*Par, che s'apra, e riſponda; eccomi, i vegno.*

Si

Nullum ſper nis, neminem abijcis, nemine perhorreſcis, niſi fortè qui amens te exhor ruerit. Ergo modò iratus non percutis, ſed te irritātib⁹, dona, ſi quieuerint, tribuis. De⁹ me⁹, cornu ſalutis meæ, & ſuſceptor meus, ego infelix, ego te irritaui; ego malum coram te feci: furorem tuum prouocaui, iram promerui; peccaui, & paſſus es; deliqui, & adhuc ſuſtines. Si pœniteo, parcis: ſi reuertor, ſuſcipis: inſuper dum differo, præſtolaris. Re uocas errātem; inuitas repugnantem; expe ctas torpētem; amplexaris redeuntem. Doces ignorantem; mœrentem mulces; à ruina ſuſcitas, poſt lapſum reparas; petenti largiris; quærenti inueniris, & pulſanti aperis. Auguſt. lib. medit. cap. 2. tom. 9.

# Sr ſuſpenderis gladium; promiſſa non ſoluimus.

*MA ſe volgendo al' Aquilone il dorſo,*
*Dormi nel' Auſtro, ſopra il deſtro fiãco*
*E raffrenando al pronto ferro il corſo;*
*Soſpendi il colpo, già cadente, e manco:*
*S'infingi (tua pietà, per dar ſoccorſo)*
*D'eſſer pentito, ò non vedente, ò ſtanco;*
*Spargiam verſo l'occaſo à l'aure antiche,*
*Rotte, e non ſciolte le promeſſe amiche.*

*Tal ſotto foſca notte, e varia Luna,*
*Se pur aſſonna vn trauagliato core,*
*Cento fantaſme errar; cader non vna*
*Stella; fermarſi il Ciel; l'Orche vſcir fore*
*Volando, pargli: ma ſe l'aria bruna*
*Aggiornando interrompe il ſogno, e l'hore,*
*Deſto, e confuſo ne' diſcorſi ſui,*
*Penſa, chè diſſi, ò feci? ò doue fui?*

Sicut quoties aqua nimio frigore conſtringitur; ſolis. calore ſuperueniente reſoluitur; & diſcedente eodẽ ſole iterum induratur, ita nimirum frigore peccatorum refrigeſcit charitas multorum, & velut glacies obduratur: & cũ iterũ calor diuinæ miſericordiæ ſuperuenerit, reſoluitur. Ille vtique calor, de quo ſcriptum eſt, Non eſt, qui ſe abſcõdat à calore ei⁹. Quod in Pharaone impletũ eſſe cognoſcimus, à quo quoties flagella remota ſunt, contra Dominum ſe obduratus erexit: quoties verò afflictus eſt, humiliter ſupplicauit. Auguſt. in ſerm. de indurat. Pharaon. tom. 10.

Si

Digitized by Google

# Si ferias, clamamus, vt parcas.

*PErò ripigli il corno, à l'armi vltrici*
*Raccinto, e de'tuoi Spirti al ſacro campo*
*Il furor', il ferir, la guerra indici,*
*Preſti qual tuono al balenante lampo.*
*Nõ perdoni il voſtr'occhio à i primi amici;*
*Non ſia, chi troui ò tempo, ò luoco, ò ſcampo:*
*Dal Santuario mio cominci il pianto,*
*Perche l'iniquità creſciuta è tanto.*

*Odi albor' i lamenti, i meſti carmi*
*Di Penitenza, e richiamarti Padre.*
*Deh non ti rammentar, quanto dei farmi*
*O' per li miei delitti, ò di mia madre.*
*Ceſſi il mal, ceda l'ira, e ſi diſarmi*
*L'arneſe intanto à le volanti ſquadre.*
*Sì, cercando ſchiuar l'aſpra ferita,*
*Grida pregando ogn'vn, perdono, aita.*

Si

Hei mihi Do-
mine, miſerere
mei. Hei mihi,
Ecce vulnera
mea non abſcõ
do. Medicus es
æger ſum. Miſe
ricors es, miſe
ſum. Nunqui
non tentatio e
vita humana
per terram ?
Quis velit mo
ſtias, & diff
cultates pati
Tolerari iub
eas, non ama
Nemo quod
lerat, amat, e
tolerare ama
Quamuis en
gaudeat ſe to
rare, mauult
mennon eſſ
quod toleret
Proſpera in
uerſis deſide
aduerſa in p
ſperis timeo
Quis inter
medius locu
vbi non ſit
manæ vitæ tentatio ? Væ proſperitatibus huius ſeculi, ſemel & iterum à timore aduerſ
tis, & iterum, & tertiò à deſiderio proſperitatis. Et quia ipſa aduerſitas dura eſt, & ne
gat tolerantiam, nunquid non tentatio eſt vita humana ſuper terram ſine vllo interſti
Aug. lib. 10. conſ. cap. 28. tom. 1.

# Si peperceris, iterum prouocamus, vt ferias.

*TV' n'aiti, e perdoni (alma pietate,*
*Virtù di generoſa, e diua* Mente*;*
*Noi ritornando à le follie paſſate*
*Raccendiamo le fiamme, in breue ſpente:*
*Tu ti riſdegni; e noi la tua bontate*
*Richiamiam, che dia vita à chi ſi pente:*
*Tù ti racqueti, e ci raccogli; e noi*
*Prouochiamo di nuouo i ferri tuoi.*

*Qual Faraon, morte le rane, indura,*
*E più contra* Mosè *freme, e gorgoglia:*
*Qual ſotto hiſpido ſterpo, ò ſelce dura*
*Creſce con maggior forza ò ſerpe, ò foglia:*
*E qual' in verde, e tenera cultura,*
*Poiche falce toſolla, herba germoglia;*
*Rinaſciamo à le colpe, e il lezo loro*
*Stomaco fanno al tuo beato Choro.*

Habes

Videmꝰ adhuc in eccleſia ſæpe febricitantes, ſæpe languidos, ſæpe paſſionibus captos, ſæpe liberari, vt appareat toties opus miſerantis, quoties confeſſio fit pœnitentis. Quomodo enim corpꝰ, quod vilius eſt, & ab ipſo diſſimilius, ſæpe ſanaret, & animã digniorem, & redemptam non toties liberaret? Medicum ſe vocat, & non ſanis, ſed malè habentibus opportunum. Sed qualis hic medicus, qui malũ iteratum neſciret curare? Medicorum eſt cẽties infirmum viſitare, centies curare: qui cæteris minor eſſet, ſi alijs poſſibilia ignoraret. Memor eſt ſui, qui dicit, Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & iuat. Aug. lib. de ve. & fal. pœnit. tom. 4.

De Pharaone facile reſpondetur, prioribus meritis, quibus afflixit in regno ſuo peregrinos, dignum effectum, cui obduraretur cor, vt manifeſtiſſimis ſignis iubentis Dei non crederet. Aug. lib. 83. q. tom. 4.

Digitized by Google

## Habes Domine confitentes reos.

*ECcoci quì, Signor, che che noi ſiamo,*
*Tuoi sẽpre ſiamo: o chì ſia, che s'aſconda?*
*Se per fuggirti, sù l'Olimpo andiamo,*
*Quiui tua Maeſtà ſiede, e circonda:*
*Se penetriam l'Inferno; ò ſe voliamo*
*Verſo ambo i Poli inſino al'vltim'onda;*
*Colà pur giunge con dominio vero*
*De l'aureo ſcettro tuo l'eterno impero.*

*Tua Legge è di ſaluar, chiamando il rio,*
*Che volga il volto, onde l'imagin' hebbe:*
*Noſtro cuor fu ſeluaggio, empio, reſtio;*
*Sua colpa accuſa, ch'in immenſo crebbe.*
*Hor pentito ritorna à Tè, ſuo Dio,*
*Da cui donare, e perdonar ſi debbe.*
*Signor ò i falli cerchi, ò cerchi i rei,*
*Pietà di quelli, e queſti hauer Tu dei.*

Est confeſſio laudantis, & est confeſſio gementis: confeſſio laudãtis ad honorem eius pertinet, q̃ laudatur: confeſſio gemẽtis ad pœnitentiã pertinet eius, q̃ confitetur. Cõfitentur .n. homines cum laudant Deũ: cõfitentur, cum accuſant ſe: & nihil dignius facit lingua. Verè puto, quòd ipſa ſint vota, de q̃bus dicit in alio pſalmo, Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea. Aug. ſup. pſ. 44. t. 8.

Quò iturus est? quò fugiet? Vis audire cõſiliũ? Si vis ab illo fugere, ad ipſum fuge. Ad ipſum fuge confitendo, non ab ipſo latendo: latere enim non potes, ſed confiteri potes. Dic illi, Refugium meum es tu. Aug. tract. 6. in ep. Ioan. tom. 9.

Confeſſus es non crudeli, non vltori, non inſidiatori. Confitere ſecurus, quoniam est bonus. Quid times confiteri? Time confiteri iudici homini, ne fortè confeſſum puniat. Deo noli timere confiteri, ſed eum fac confitendo propitium, quem, negando, non facis nescium. Auguſt. ſup. pſalm. 74. tom. 8.

Noui-

Digitized by Google

# Nouimus, quòd, niſi dimittas, rectè nos perimas.

SE non ti moſtri tal, da le ſaette
Del tuo giuſto furor chi ſia, che ſcampi?
Creature noi ſiam, frali, e concette
In peccato; onde vien, ch'il ſenſo auampi;
E anhelando ſempre ad interdette
Coſe, con morſo piè ſol rena ſtampi:
E Tiranno hor di molti; & hor d'alcuno;
Vuol, che non faccia bene inſino ad vno.

Fin ne gli Angeli tuoi talhor trouaſti
Incoſtanza leggiera, e graue errore.
Di tanta luce il tuo gran Trono ornaſti,
Che vi perdon le ſtelle il lor candore.
Di tal giuſtizia i tuoi precetti armaſti,
Ch'inſino al monte ne ſentì timore.
E tua ſomma bontà, mal non ſoſtiene,
Che no'l ſeguan flagelli, & onte, e pene.

Quòd Deus alijs gratuita vocatione cõuerſis miſericordiam largitur indebitam, non ad diſpenſatoris iniuſtitiam, ſed ad donantis miſericordiſſimam liberalitatem, veritatis ratione referendum eſt. An audebit creditor debitorem iniquitatis arguere, ſi alteri donans, ab eo, quod debitum, exegerit? Si ergo inter contractus hominum nullus ex hoc præſumptionis locus eſt, vt à ſe dicat debitor iniuſtè exigi, quia ſcit alij debitori ab eodem, quod debebat, donatũ, quis in tantam inſaniam prophanæ vocis erumpat, vt iniuſtitiæ Deum arguat, ſi vni indebitam donauerit gratiam, & alteri reddiderit debitam pœnam? Auguſtin. libr. de prædeſt. & grat. cap. 3. tom. 7.

Præſta,

Digitized by Google

# Præſta, Pat er omnipotens, ſine merito, quod rogamus.

*MA chè premio preſcriuiſte doue, e quale*
*Palma prefiggi al vincitore eterna?*
*Qual gemmata corona in trionfale*
*Carro là sù, fra Gierarchia ſuperna?*
*Merto non è, che le ſi faccia eguale:*
*Di momentanea ſofferenza inferna:*
*Ch'aguagliarſi non può di pari à pare*
*L'infinito e'l finito; il riuo, e'l mare.*

*Se non ſe in quanto onnipotente ſei*
*Signor', e'l patto al meritar precorre:*
*E'n quanto padre, quattro volte, e ſei*
*Tua grazia infōdi, e al prezzo ella ſoccorre.*
*Hor concedi, qual ſei; conſoli, & bei*
*Tua mano vn cuor, che humile à tè ricorre.*
*E ſtaſi ogni ragione, vnde tu nieghi,*
*Fallo per grazia almen de' noſtri prieghi.*

Qui

Cùm enim quis odio dignus ſit, qua fronte gratiam requirit? Cui pœna debetur, qua temeritate gloriam depoſcit? laceſſit iudicem, qui poſtpoſita ſatisfactione delicti, quærit præmijs honorari. Regi inſultat obnoxius ſupplicio, qui donari flagitat indebito brauio: & dulcem affectum patris ſtultus exacerbat filius; qui poſt illatas contumelias ante pœnitudinem, hæreditatis vſurpat celſitudinem. Quid mi pater me geſſiſſe recolo? merui mortē, & peto vitam. Commoui regem meum; cuius impudens inuoco præſidium. Contempſi iudicem, quem temerè poſtulo adiutorem. Inſolens renui audire patrem, quem demum præſumo habere tutorem. Aug. lib. medit. cap. 2. & 3 tom. 9.

Digitized by Google

# Qui feciſti ex nihilo, qui Te rogarent.

Non enim laudibus noſtris ipſe creſcit, ſed nos. Deus nec melior fit, ſi laudaueris; nec deterior, ſi vituperaueris: ſed tu laudando bonum, melior eris; vituperando, deterior: bonus autem ille manet, vt eſt. Auguſt. ſup. pſ. 134. tom. 8.

*Non era ancor, chi t'inuocaſſe, quando*
*Dà tenebroſi abiſſi il Mondo ergeſti:*
*E con alta virtù fuori ſpirando,*
*Buono nel'eſſer ſuo, di nulla il feſti.*
*La luce, in aria tratta, al dì donando,*
*De la notte nel ſen l'ombre chiudeſti.*
*Creaſti gli elementi à gli Orbi in grembo,*
*Fregiando d'animali il curuo lembo.*

Tua me Domine bonitas creauit; tua miſericordia creatum ab originali peccato mūdauit; tua patiētia poſt illam emūdationē baptiſmi in alijs peccatorum ſordibus inuolutum hactenus tolerauit, nutriuit, expectauit. Expectas tu bone Domine correctionē; expectat anima mea ad pœnitēdum, ad benè viuendum, tuæ gratiæ inſpirationem. Aug. lib. medit. cap. 41. tom. 9.

*E l'huom d'ogni opra il ſimolacro auguſto,*
*Colmo d'aura vital chiamaſti al Regno.*
*Chi fù di ſenno alhor, di età vetuſto*
*Tuo conſigliero, intelligenza, ingegno?*
*Qual merto alhor precorſe al non anguſto*
*Tuo beneficio? & à che meta, e ſegno?*
*Se non, che con diffuſo, e grato honore*
*Si lodaſſe, e pregaſſe il Creatore.*

Per

Vellem, inquit aliquis, laudare Dominum, ſi mihi aliquid pro iſta laude donaret. Quis enim laudat gratis, vel hominem? Expectant ergo aliquam mercedem laudatores hominum. Nullam mercedem expectare, aut petere, aut ſperare debet laudator Dei? laudatur infirmus, & ſperatur de eo aliquid; laudatur omnipotens; & nulla merces eſt? An fortè hoc cupio, quod ille dare non poteſt? Quid homo deſiderat, quod in manu Dei non ſit? Cùm laudaueris hominem, fortè hoc cupis, quod ab illo præſtari non poteſt. Deum ſecurus lauda, quem nemo poteſt dicere non poſſe præſtare, quod tu poteris deſiderare. Aug. in pſalm. 146. tom. 8.

# Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

*Poi ſe rubelle à la tua legge, e ingrato,*
*Furar', e violar l'huomo preſunſe;*
*Venne il tuo Verbo dal Giardin beato,*
*E ſeco Adamo in nodo eterno aſſunſe:*
*Nacque, viſſe, morì ſopra ſpietato*
*Tronco, e lauonne col ſuo ſangue, & vnſe:*
*Dileguò l'ombre, e vincitor ſuperno*
*Morte à la Morte fù, freno al'Inferno.*

*Mira lui, che rimira; odi, che chiede*
*Tuo figlio, noſtro padre, e ſignor noſtro:*
*Apri tua deſtra; ch'egli à deſtra ſiede;*
*E moſtra la pietà, ch'egli hà dimoſtro:*
*Trãquilla il tempo homai; fà (ſua mercede)*
*Ogni belua acquetar', ogn'empio Moſtro.*
*E per merti di Chriſto, e di Maria,*
*Vittoria, e pace nel tuo Tempio ſia.*

## IL FINE.

Quomodo nos amaſti Pater bone, qui filio tuo vnico non pepercisti, ſed pro nobis impijs tradidiſti eum. Quomodo nos amaſti, pro quibus ille, qui non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis tibi, factus eſt ſubditus vſque ad mortē crucis: vnus ille in mortuis liber, poteſtatē habens ponendi animam ſuā & poteſtatem habens iterum ſumendi eam: pro nobis tibi victor, & victima; & ideo victor, quia victima: pro nobis tibi ſacerdos, & ſacrificium; & ideò ſacerdos, quia ſacrificium: faciens tibi nos de ſeruis filios; de te naſcendo, nobis ſeruiendo. Auguſt. lib. 10. conf. cap. 43. tom. 1.

Quid enim eſt dulciùs, quàm genitorē in nomine vnigeniti inuocare; patrem in recordutione filij ad pietatē inflectere; regem chariſſimæ ſobolis denominatione mitigare? Quem .n. alium dirigam interceſſorē tibi, neſcio; niſi hunc, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris: qui ſedet ad dexteram interpellans pro nobis. Ecce aduocatus meus apud te Deum Patrem. Aug. lib. medit. cap. 5. tom. 9.

Attēde in filio, quo propitieris ſeruo: vide carnis ſacramentum, & remitte carnis reatū. Quoties beatæ prolis tibi patent vulnera, deliteſcant obſecro ſcelera mea. Quoties rubet præcioſus pio de latere ſanguis, diluatur obſecro labes meæ pollutionis, & quia te caro laceſſiuit ad iram, caro te flectat, imploro, ad miſericordiam: & ſicut me caro ſeduxit ad culpam, caro deducat ad veniam. Aug. ibid. cap. 8.

Digitized by Google

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vic. Gen.

Io. Dominicus Auliſius Doct. Theol. Collegialis, Canon. Dep. vidit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google